

ēte, quā anno p̄cedente. Epactarum vete in Kalend. principium fuit xi. Kal. April. (ait Beda cap. xi. de rat Temp. & nos pluribus suo loco docebimus.) Ibi igitur aureo numero xix. currente, Luna decima octava numerabatur: anno sequente post faltum Lunæ, non xxix, sed xxx, vel nulla. Et quidem aureus numerus I. in Februario, & Martio, & aliis plerique locis duodecim unitatibus antecedit aureum xix; de qua re capite sequenti. At Beda faltum Lunæ mallet in xxi. Martii, five xxi. Kal. conferre: ita ut auro numero currente I. Luna in eo die computaretur nulla, id est ultima, five *in dīa via;* & poltridie *reputata* foret: quod si fieret, aurei numeri duo, nempe I. & xix., anticipandi essent. In Martio quidem, aureus I. à xxi. die ad xxii. promovendus: in Aprili verò xix. à v. die ad iv: ac tunc cyclus non ab auro numero xix. iniret; sed ab auro numero I. & à xxii. die Martii, & lunatio illa, quæ Martii xxii. clauderetur, & cava fieret, similius ante se habens, ad cyclum xix. & ultimum pertineret; esfēque septimus embolismus, quem cava lunatione constare oportet. Hac Beda dispositio mihi non displacebit; qui, ut in fine cap. indicat, hoc remedio caligandam putavit continuationem illam trium cavarum syzygiarum in vulgaribus faltis. Sed nihilominus hac ad Gregorii xiii. tempus obtinuit. Quā porrò sint à veritate remota, quæ idem Beda de origine lunaris faltus differit, supra demonstravimus. Ad extreum notat idem Beda in Ephemer. ad Novembrem, Compatitas aliquos, qui epactas à Januario, non à Septemb. inuenit, hoc est qui Alexandrianos minima sequuntur, faltum Luna non in xxi. Julii, sed in xxv. Novemb. collocare; ut Kal. Jan. Luna non sit, in anno primo. Itaque numerus aureus xix. apud illos non ad xxx. Julii proxime post xi, sed ad ultimam adscribitur, & in sequentibus mensibus idem numerus ab xi. separatur usque ad Novembrem xxv. Quæ dispositio in Kalendario ipso Beda cernitur. Unde verisimile est non eisdem auctoris esse Kalendarium ipsum, & notas ad singulos menses adtextas, faltum omnes. Sed & Mullerus in Kalendario Luna faltum, neque in Julio, neque in Novembri posuit; sed in Januario: in quo lunatio anno primo defensiva cava est præter consuetudinem. Aureum enim numerum xix. ad xxv. Dec. apposuit, non ad xxiv. quo fit, ut lunatio Kal. Jan. octava sit, non nona. Deinde tres ab eo cava lunationes continuantur, Decembri, Januario, & Februario; in Beda Kalendario due tantum, Novembri, & Decembri.

## CAPUT IX.

Explicatur aureorum numerorum in Kalendario Romano artificiosa dispositio: ac regule quadam illius artificii prescribuntur.

**E**MBOLOMORUM septem mensium in varias anni partes distributio, una cum *tempore* diei unius, que in anno xix. fit; plenaria cavarumque syzygiarum alternantem successionem interturbat, atque adeo numerorum, qui sunt Neomeniarum indices, contextum ordinemque commutat. Quare pruifquam numerorum istorum dispositum; pro eo atque in epactali, & decennovenniali Alexandrinorum cyclo fecimus; in Romano Kalendario ad suas causas, & ultima principia revocaremus, de embolismis, & faltu Luna dicere opus habuimus. quibus enarratis, nunc aureorum numerorum seriem ac descriptionem aggrediemur; & cur fatus cuicunque, quem in Kalendario tenere cernimus, situs attributus fuerit, causas explorabimus. Quæ quidem disputatione non idem, sed aureorum numerorum usus jam pridem sublatus est, otiosa & inutilis est habenda: sed quod ex iisdem fontibus epactarum nostrarum artificiosa collatio profluxit, vel ad hujus accuratam & *Emendationem* notitiam comparandam, non minus hodie necessaria judicari debet. Accedit quod, ut semel Kalendarii, & illius universa methodi doctrinam tradere institui-

Post maiorem, addit in codice suo *Petavii*; cum ambos inter *tempore* interponitur, alterius &c.

Vide Al-

cūnum

Epif. 3.

col. 1469.

mus, nulla pars ejus quamlibet exilis, ac minuta praeterita videatur. Sed præfari, ne sim longior, definam, & ad rem ipsam explicandam me conferam.

Aureorum numerorum, quibus antiqui Neomenias lunares in Kalendario designare consueverant, universæ ratio à nobis est capite tertio redditâ. ubi de naturali Alexandrinorum cyclo verba fecimus, in eoque numerorum cuiusmodi descriptio est, ostendimus: tum verò quarto capite, in quo paululum immutata numerorum eorumdem ordinatio in decennovenniali Alexandrinorum cyclo proponitur. Ab hoc fonte vulgaris illa in Romano Kalendario numerorum aurorum dispositio profecta est; quæ non aliter aut intelligi, aut explicari potest; quā si illorum, à quibus manavit, patet ratio sit, infinitiōque perspecta. Quam cum superioribus capitibus, quantum sat erat expositam habeamus, facile deinceps erit, numerorum in Kalendario Romano constructionem, ac seriem enarrare. Dionysius igitur, ut ante dictum est, aureos Alexandrinorum numeros ita in Romanos faltos invenit, ut nonnulli, propter disparem anni rationem, varietas admitteret. quam subinde diversus embolismorum situs, five ab ipomet Dionysio, five à posteriori alter aquipud Alexandrinis erat constitutus, plurimum auxit. Cum autem numeri illi Neomenias per totam Enneadecaeterida certis porrò diebus commissis indicent; necesse est tot adscribi numeros, quot in cyclo Neomenia sunt. Ex porro diucente ac tringita quinque censemur; nempe cxxviii. ordinariæ, & intercalares septem. Ducenti igitur & tringita quinque numeri sunt in toto Kalendario: qui si de ccclvi. diebus subducti fuerint, centum & triginta dies residuus faciunt. Ob id cella sunt in Kalendario cxxx. vacua. Unde necesse est, numeros aureos quosdam proxime superioribus subiici; alios vacua interposita cella succedere: alios velut insulanos, utrinque cavo intervallo circumscribi: alios è contrario inter duos stipe: ut tres continui sint; & interdum quatuor. Præterea superioribus illis capitibus, maxime tertio, demonstratum est, intervallum à quolibet numero minore ad proximè majorem, \* alterius ferè undecim ac decem diem esse; in uno xix., duodecim, & undecim. Ad hac, minores majoribus *apicis* subiscribi, maiores verò minoribus *apicis*, tum maiores excedere subjectos fibi minores undecim unitatibus; minores vero vicissim additis ad illos octo, formari. Hac omnia, ceteraque, que nunc studio brevitatis omitto, certas habent causas, neque temere ac fortuitò contingunt. Causas in Computo majori, capite xxvi. Campanus accuratissime disputat: ubi tamen nonnulla caliganda mihi visa sunt; quæ certis ac probatis prius explicatis & cognitis, facilius intelliguntur. Octodécim ergo locis in Kalendario ab ordinariis regulis, ut Campanus observat, aurei numeri deficiunt. Nam in duodecim, numeri maiores post minores proxime collocantur; nempe Februario 111, Julii xxx, Augusti xviii. Septembri xxvii, Octobris xxv, Novembri xxv, & Decembri xxv: quibus in locis numerus xix. proxime post xi. ponitur. Item Aprilis vi, Junii iv, Augusti ii, ubi numerus xvi. post viii. *duabus* succedit. Octobris iii. & Dec. 1; ubi numerus xxi. minori v. proxime succedit. Jam verò in sex aliis minor numerus majori proxime non subiicitur; videlicet in Cal. Augus: tum ejusdem tricesimo die, Septembri xxix, Octobris xxvii, Novembri xxvii, Decembri xxvi, in quibus locis numerus viii. non *duabus* sequitur numerum xix. Campanus verò undecim tantum locis majorem numerum post minorem collocari scribit; in septem autem, minorem à maiore sejungi; propterea quod aureum numerum xix. non in Cal. Dec. proximè post v, sed in secundo die statutum cum numero i. xiiii. Ideò septimum hoc exemplum adscribit iis, in quibus minorem majori continuum non esse diximus. Sed quoniam Campani ista dispositio, quā & Beda tenuit, vulgo potesta rejecta est; paululum nos illius exempla commutavimus. Atque

Atque ut varietas illis, ac dispositus causas expli- cemus; primò illud est cogitandum: Enneadecaeteri- dem ipsam bifariam tribut, in Octaeteridem & Hende- caeteridem. Octaeteris, ut de ea potissimum agamus, quæ ad id quod querimus, idonea est maxime. Julianæ major est die uno; horis; aut Clavio placet, 13, 41, 15, 9<sup>th</sup>. Est enim diem 293, 13, 41, 15, 9<sup>th</sup>. Julianæ vero 2922. Itaque si à quacumque Kalendari die primam Octaeteridis Neomeniam putare ceperis, ad eamdem diem evolutis annis Julianis octo, dies con- fecti fuerint 2922, hoc est 2920. communes, & Egy- ptiaci, cum bido bisextuflum dierum, qui in Octa- teridem incurrit. Nondum vero lunaris Octaeteris complebitur; sed adhuc dies unus cum semis defi- cebat. Nam scupularia, ratiocina in civilibus syzygis diffunduntur; donec solidum diem compleant. Ob id al- ternis Octaeteridi lunari dies 2923, & 2924. imputantur. Ea porrò syzygia communum anporum collig- feso & nonaginta, que dies conficiunt 2832. Sed bis- sextibus duobus superfulsi, colliguntur dies 2834. Qui quidem de Julianâ Octaeteride detracti, relinquunt dies 283. Ex his hexagesima diebus ad duas plenas confidentias exhaustis, octo & viginti & superfluit: qui bido; si plena Octaeteris fuerit, cumulante sunt; vel uno die, si dies habeat 2923. Denique ab eadem Juliani Kalendari die ad eamdem, syzygia completa sunt xcvii, cum aliquot diebus excurrentibus, qui sunt vel xxvii, vel xxix, vel etiam xxvii, iisque lunarem ad syzygiam ab- solvendam uno die, vel bido sunt augendi, ut sit ultima lunatio dierum xxx, vel xxix. Inde est quod uno die, vel bido Neomenia anni noni, five primi Hen- decaeteridis infra Neomeniam anni primi Octaeteridis in Kalendario descendat. Ceterum octo illi communes anni, cum duabus syzygis, five syzygia complete xcvii, dies conficiunt vel 2893, vel 2894, vel 2895; ut residui sunt xix, xxvii, aut xxvii. Ad hoc notandum est, Octaeteride omnem, undecimque ceptam, vel in aliquo anno faltum Luna contineat, vel eo carere. Si Luna faltum complebitur; prima Octaeteris sequentis Neomenia proxime ab epocha Octaeteridis incipiet. Cuius ratio est, quod, cum Octaeteris qualibet, in quam Luna faltus incurrit, uno die mutetur, sitque diem 2923, unus tantummodo dies ad Julianam Octaeteride debet accrescere; qui est ille ipse dies, à quo caput Octaeteris. Sequenti ergo, Hendecaeteris inibi. At si Luna faltus non interveniat; tunc ut plurimum Hendecaeteris sequens uno die interjecto Octaeteridis primam Neomenia expicit. *d* Sex tantum dies sunt, à quibus citra Luna faltum Octaeteris iniens, dies colligit 2923, adquaque proxime post Octaeteridis Neomeniam, Hen- decaeteros Neomenia ponitur. *e* Suni hi, Februario II, Aprilis v, f Junii 111, Augusti v, Octobris II, Novembri 111. Non. Mart. 111. Non. Jan. 111. Non. Aug. 111. Non. Mart. Deinde scinduntur Octaeteride omnem in quadruplici esse dif-

## LIBER SEXTUS, CAP. IX.

313

ferentia. Nam aut ab aureo numero embolismico incipi, & in communem definit: aut ab embolismico in- ciplens, in embolismico finit. Rursum si ab aureo nu- mero communi ducat initium, vel in communem termi- nat, vel in embolismico. His animadversus, qua-

taut ad discernendas diebus, vel resiliendas excep- tione, regula prescribuntur. Prima: si Octaeteris ini- ciatur ab eo anno, qui auro numero embolismico

Regula quedam aureo numero micro-

rum.

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

Atque ut varietas illis, ac dispositus causas expli- cemus; primò illud est cogitandum: Enneadecaeteri- dem ipsam bifariam tribut, in Octaeteridem & Hende- caeteridem. Octaeteris, ut de ea potissimum agamus, quæ ad id quod querimus, idonea est maxime. Julianæ major est die uno; horis; aut Clavio placet, 13, 41, 15, 9<sup>th</sup>. Est enim diem 293, 13, 41, 15, 9<sup>th</sup>. Julianæ vero 2922. Itaque si à quacumque Kalendari die primam Octaeteridis Neomeniam putare ceperis, ad eamdem diem evolutis annis Julianis octo, dies con- fecti fuerint 2922, hoc est 2920. communes, & Egy- ptiaci, cum bido bisextuflum dierum, qui in Octa- teridem incurrit. Nondum vero lunaris Octaeteris complebitur; sed adhuc dies unus cum semis defi- cebat. Nam scupularia, ratiocina in civilibus syzygis diffunduntur; donec solidum diem compleant. Ob id al- ternis Octaeteridi lunari dies 2923, & 2924. imputantur. Ea porrò syzygia communum anporum collig- feso & nonaginta, que dies conficiunt 2832. Sed bis- sextibus duobus superfulsi, colliguntur dies 2834. Qui quidem de Julianâ Octaeteride detracti, relinquunt dies 283. Ex his hexagesima diebus ad duas plenas confidentias exhaustis, octo & viginti & superfluit: qui bido; si plena Octaeteris fuerit, cumulante sunt; vel uno die, si dies habeat 2923. Denique ab eadem Juliani Kalendari die ad eamdem, syzygia completa sunt xcvii, cum aliquot diebus excurrentibus, qui sunt vel xxvii, vel xxix, vel etiam xxvii, iisque lunarem ad syzygiam ab- solvendam uno die, vel bido sunt augendi, ut sit ultima lunatio dierum xxx, vel xxix. Inde est quod uno die, vel bido Neomenia anni noni, five primi Hen- decaeteridis infra Neomeniam anni primi Octaeteridis in Kalendario descendat. Ceterum octo illi communes anni, cum duabus syzygis, five syzygia complete xcvii, dies conficiunt vel 2893, vel 2894, vel 2895; ut residui sunt xix, xxvii, aut xxvii. Ad hoc notandum est, Octaeteride omnem, undecimque ceptam, vel in aliquo anno faltum Luna contineat, vel eo carere. Si Luna faltum complebitur; prima Octaeteris sequentis Neomenia proxime ab epocha Octaeteridis incipiet. Cuius ratio est, quod, cum Octaeteris qualibet, in quam Luna faltus incurrit, uno die mutetur, sitque diem 2923, unus tantummodo dies ad Julianam Octaeteride debet accrescere; qui est ille ipse dies, à quo caput Octaeteris. Sequenti ergo, Hendecaeteris inibi. At si Luna faltus non interveniat; tunc ut plurimum Hendecaeteris sequens uno die interjecto Octaeteridis primam Neomenia expicit. *d* Sex tantum dies sunt, à quibus citra Luna faltum Octaeteris iniens, dies colligit 2923, adquaque proxime post Octaeteridis Neomeniam, Hen- decaeteros Neomenia ponitur. *e* Suni hi, Februario II, Aprilis v, f Junii 111, Augusti v, Octobris II, Novembri 111. Non. Mart. 111. Non. Jan. 111. Non. Aug. 111. Non. Mart. Deinde scinduntur Octaeteride omnem in quadruplici esse dif-

ferentia. Nam aut ab aureo numero embolismico incipi, & in communem definit: aut ab embolismico in- ciplens, in embolismico finit. Rursum si ab aureo nu- mero communi ducat initium, vel in communem termi- nat, vel in embolismico. His animadversus, qua-

taut ad discernendas diebus, vel resiliendas excep- tione, regula prescribuntur. Prima: si Octaeteris ini-

ciatur ab eo anno, qui auro numero embolismico

Regula quedam aureo numero micro-

rum.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

VIII;

## DE DOCTRINA TEMPORUM,

**314** Porro Octaeterides nullae *τετραετούς*: ab embolimata prima, & aureus sequens biduo removetur a priori. Excipe embolimatum numeri aurei II, qua II. Decembri incipit. Quando enim Octaeteris ab illa incipit, ultima lunatio Novembrii v. iniens diebus xxvii. prima epocham antecedit. Ratio hujus est, quod haec embolimata lunatio non ut in reliquis, que ante saltem incident, posterior est tricenaria duabus *αιώνιοις*, sed prior; & in eo mense incipit, in quem cava lunationes definiunt. Ob id ultima Octaeterides lunatio, qua cava est debet, nonnulli xxviii. dies ante Octaeterides epocham habet. Secunda regula: Quando Octaeteris citra saltem est *τετραετούς*, si a plena a incipit, relinquet ab epocha ultima lunationis ad primam dies xxvii. & tunc aureus sequens priori biduo distat. Sin prima ratio cava est, relinquet xxviii. & sequens numeros post priorem locabitur, nullo interjecto spatio.

**X.** Tertia regula. Si Octaeteris aliqua *τετραετούς* Luna saltem contineat, & prima ejus lunatio non embolimata plena sit, a postrema Neomenia ad prima sedem dies erunt xxviii., & tunc sequens aureus numerus *αιώνιος* cum priore continuatur. Excipiuntur, quod ad diem interjectorum numerum attinet, Octaeterides illarum, quarum prima Neomenia sicut embolimatum lunationum, aureorum numerorum xix., Martii v., vel b. xiv. Novembrii II. incipit. Nam ad eas epochas ultima Octaeterides lunationes, qua aureo numero viii., Februarii iv., & vel Octobr. iv. incipit, dies habent residuos xxix.: atque aureus sequens priori *αιώνιοις* subiectur. Si autem cava prima sit, a postrema Neomenia residui erunt xxix., & sequens numerus *αιώνιος* erit d.

Explicatur Canonum istorum ratio.

Quarta regula: Quoties Octaeteris aliqua saltem Lunas continens, & duos tantum intercalares menses completos habet; five a plena, five a cava incipiat, xxix. dies residui sunt ab epocha postrema Neomenia, ad epocham prioris, & aureus numerus sequens, a quo scilicet Hendecaeteris incipit, priori *αιώνιοis* subiectur.

Horum canonum superius aliis regulis continentur. Nam primi quidem ea ratio est: Cum ex regula prima de duabus, quas in eo, quod quanto loco notandum erat, proposuimus, Octaeteris qualibet tres embolimatae integras complexa lunationes, pari confite syzygiarum simplicium numero; necesse est, si prima plena sit, cavan esse postremam. Atque sequens aureus numerus, quoniam Luna saltem non intervenit biduo distat ab antecedente: ut ex eo, quod secundum notavimus, reliqui sunt ab epocha postrema Neomenia, ad epocham prioris xxvi. dumtaxat residui dies, qui cum duobus sequentibus cavan lunationem compleant. Jam vero si prima lunatio cava sit, postrema plena esse debet, id eoque xxviii. dies reliqui sunt; qui cum biduo sequenti plenam efficiant. Cum autem prima lunatio est embolima f., tunc ultima plena est, & id eoque xxviii. perinde dies restant. Etenim embolima lunatio extraordinaria est: qua summota, plenarum, & cavarum alternatio a cava sequente progrederit: unde a postrema plena est. Secunda item regula ratio est: quod cum in Octaeteride *τετραετούς* postrema lunatio prima & diffisi sit, ut Canone II. quarto loco notavimus: si prima plena fuerit; ultima plena erit: aureus porrò sequens a priori biduo removetur, ex eo quod secundum notatum est. Igitur xxviii. dies residui sunt. Quod si cava sit ultima lunatio, & restabunt xxvii. Tertia regula causa est ejusmodi: si enim Octaeteris *τετραετούς* primam lunationem plenam sibi vindicit simplicem, & ordinariam, postrema cava est. atque numerus aureus sequens post saltem, proxime superiori subiectur. Ergo reliqui debent esse xxviii. dies ante epocham primam Neomenia. Sin a cava Octaeteris ineat, ultima plena sit oportet: id eoque xxix. dies supererunt.

<sup>a</sup> Legi idem: si a plena ordinaria.

<sup>b</sup> Emendat Petavius: vel xiv. Decembri I.

<sup>c</sup> Vel Novemb. III. aureo numero II.

<sup>d</sup> Adi. voluit Auctor: Excienda sunt Octaeterides duz, ab auro numero xix. invenires, quorum altera incipit a lunatione proxime antecedente Neomeniam, que in diem faltis incidit, altera ab ipso die faltis incipit.

<sup>e</sup> Emendat Petavius: duos intercalares menses habet, aut si ultima ejus Lunatio intercalaris est tercias, five a plena &c.

<sup>f</sup> Addit: sequente cava.

<sup>g</sup> Legi, famili.

<sup>h</sup> Emendat & addit Petavius: restabunt xxviii.; sed quia cava

etiam ultima est, id est *αιώνιος*, post prime Neomenie epocham, sequentis Hendecaeteridis prima ponitur. Tertie &c.

<sup>i</sup> Emenda: a Kal. Decemb. aut Aug. aut Martii v. &c.

<sup>j</sup> Legi, a Kal. Decemb.

<sup>k</sup> Emenda: Una enim tantum Octaeteris Luna saltem comprehendens *τετραετούς* esse potest; videlicet, qua a Calend. Septemb. init., aureo numero xvi. duz vero ultima lunationem embolimata arcent; nimur, que a Kal. Octobris codem &c.

<sup>m</sup> Interferit Petavius: incipit.

<sup>n</sup> Emenda ex manu Petavius: ambarum que sunt embolimatae, plena sunt extra ordinem.

id *τετραετούς* ex regulis nostris effici posse non dubito. Hoc enim ad Lunam saltem referri debet, qui in annum xix. convenit. Jam Octaeteris qualibet, qua Luna saltem complectitur; hoc est quod ab xi. ac deinceps inchoata ad i. ii. iii. & ceteros usque progreditur, uno die mutilatur, habetque dies tantum 293. Porro in Romano Kalendario, quod *Egyptiacum*, & aquabilis annum sine bisextilibus exprimit, ab epocha Octaeteridis ad eandem epocham dies numeratur 2920. Addit biduum, quod tacite quarto quoque anno nullis accedit. Finit 2922, quare unus tantum dies accrescere debet; qui est ille ipsi dies epocha, a quo copit Octaeteris, quo fit, ut subinde sequens aureus numerus, a quo nisi Hendecaeteris, subtribendus est, nullo interposito reliquo. Reliqua Octaeterides que ab i. ii. iii. & ceteris usque ad xi. progressa ad xii. xiii. &c. intra xii. sepe porrigit, quia salutem carent, 2924 dies fibi vendicant. Unde biduum non auferunt, ac Neomeniam Hendecaeteridos, ejusque numerum autem biduum summovent. Haec mihi causa necessaria videtur; quare numeri aurei minores majoribus *αιώνιοis* subscripti fint, non maiores minoribus: nimur quia minores numeros in eadem Octaeteride Luna saltem antecedunt; qui unum diem eximens intervalla contrahit. Sequitur alterum; quid sit quod in quibusdam locis numeri majores post minores proxime collocentur. Duodecim hoc locis evenit, quorum septem numerum xix. proxime post xi. subiectunt. Hi sunt Februarii III. Julii xxx., Augusti xxviii., Septembrii xxvii., Octobris xxvi., Novembrii xxv., Decembri xxvi. Itaque si Octaeteris incipiat a Feb. 11, aureo numero xi., cum duos tantum embolimatos menses habeat, ut ex Canone 11. liquet; & tam prima quam ultima ejus lunatio cava sit, ex Canone vi. constat diebus tantum 2933. Quippe syzygias habet simplices xxvii. dierum 2832, & bisextilibus accidentibus duobus, 2834. Addit embolimatos duos, consistit dies 2894. His addendi sunt dies xxviii., qui ex Canone viii. reliqui sunt de nonagesima nona syzygia. Finit 2922. Unus ergo reliquus est, qui est ipse dies Neomenia prima, ad complendam Octaeteridem. Quare numerus aureus, a quo Neomenia sequens, & prima Hendecaeteridos, incipit, *αιώνιοis* post antecedentem ponitur. Ceterorum \* sex eadem est causa. Nam Octaeterides ab auro numero xi. invenientes ab Julii xxix., & deinceps ad finem anni; Luna saltem includunt. Ideo uno die mutilantur, & sunt dierum 2923. Exempli gratia: esto Neomenia prima Octaeteridos in Julii xxix., aureo numero xi. Octaeteris ista *τετραετούς* erit ex Canone II. Et autem ejusdem prima & ultima lunatio cava, ex Canone v. Igitur ex Canone ix., ab epocha postrema Neomenia, ad epocham primam sunt xxviii. dies: quibus si addit epocha prima Neomenia, completa erit Octaeteris: atque ita numerus sequens *αιώνιοis* est locandus. Eadem & in ceteris ratio procedit. Rursus tribus in locis, nempe Aprilis vi., Junii iv., Augusti ii., numerus xvi. proxime post viii. collocatur. In duobus vero, nempe Octobris III. & Kalendis Decembrii, numerus xiiii. post v: tametsi in posteriore Campanus alter ordinabat. Horum omnium pars est conditio. Octaeterides a minoribus illorum numerus inchoatae, sunt *τετραετούς* ex Canone II., & cavan habent tam primam, quam ultimam lunationem, ex Canone vi. Igitur ultima dies ante epocham Octaeteridis relinquunt xxviii., & aureus sequens *αιώνιοis* excipiet, ex Canone viii.

Tertiò sex in locis: videlicet Kalend. Augusti & xxix. eiusdem: tum xxix. Septembrii xxviii. Octobr. xxvii. Novemb. & xxvi. Decemb. numerus minor viii. non statim aureo xix. subiectur. Quod ob eam causam accedit; quia Octaeterides ab aureo numero xix. invenientes proxime ante aureos numeros viii. illorum sex locorum, cum finito jam Luna saltu inchoantur, sunt integrae, dierum 2924. Ideo vel biduum ad *τετραετούς* ultime syzygia dies accedit, vel unus dies si prius, tunc si cava sit ultima, residui sunt xxvii. si plena; restant xxvii. Exemplum. Octaeteris inveniens ab aureo numero xix., in xxx. Julii est *τετραετούς* ex Canone II.: & quia cava est prima lunatio, plena erit ultima,

\* Dele lex.  
<sup>†</sup> Ade ex Codice Petaviano: quae est Julii 2, numero viii. Pars I.

merum xix. in eundem conseruent: quod in Beda Kalendario cernimus, & in Mulleriano. Apud Bedam igitur aureus iste numerus fecit quam in aliis plerique dispositus apparet. Nam post xii. dñis non ponitur; praterquam Novemb. xxv, ubi saltus est Luna, & Decembrii xxiv. Mullerus autem ne in Novembri quidem, & in toto isto numero Luna saltum admittit, sed lunationem aurei numeri I. praeceps morem cavam in Januario constituit. unde tres cave lunationes continuantur, Decembri, Januario, & Februario, cum apud Bedam due tantummodo sint. Quare posterior haec prior; imò vero Alexandrina, saltus ordinatione preferatur. Sed nos in Canonibus nostris communem, & Beda regulis maxime consentaneam numerorum dispositionem completemus quos quidem Canones ad eorum institutum applicare nullo negotio possit, qui Luna saltum in Novembrem, vel alium quemlibet mensis conferre maluerint. Imò vero generalis est methodus, & ad omnem embolismorum, aurorumque collationem convenit: quod latericum Bedefertus Beda Scholastae exscriptus ad cap. lvi. de ratione Temp. quod hoc loco vixit subjicere è veteribus membranis Regis Bibliothecae, & Sirmidianis excerptam.

## C A P U T X.

Dé cycli decennovennalis, sive Paschalis initio, quod vere res ab auro numero xix. inchoaverunt, alii aliunde. Exponuntur varietatis illius causae.

AUREORUM numerorum in Romano Kalendario dispositio à Kal. Jan. tamquam à capite proscifit; siquidem ex quo numeri isti ab Alexandrinis accepti sunt, eo ordine, quem antecedentibus capitibus exposuitis, ab auctore ipso Dionysio, ceteraque dispositi fuerunt. In iis enim primus illi debet esse, à quo reliqui per continuum additionem unitatum octo, formantur. Est autem iste numerus III, qui Kalendas Jan. occupat. Neque enim is ab antecedente XIII, qui ad ultimum Decembriis adscriptus erat, conficitur additis octo, sed novem: quoniam cum anno ipso numerorum series definit; & in Kalendis sequentibus nova denouo incipit. vel, ut Clavios noster loquitur, numeri isti à Decembri ad Januarium cycli rationem non habent; quomodo à Januario ad Decembrem. Itaque certum est numeros aurores, quatenus prescribuntur, à III. procedere, & à Kalendis ipsiis Januarii. Verum cum circuli nullum proprièt, ac  $\phi$  est initium sit, sed  $\theta$ , & hominum arbitrio, integrum fuit aliunde, quam ab auro numero III, cycli decennovennalis primordium capere. Nam cyclos quidem ipse novemdecim suos annos explicat, & ab uno ad xix. numerando pervenit. sed quem tu primum annum in Kalendario tuo notaveris, hic ab alio potest ultimus, vel secundus, vel quivis alius computari.

Hac igitur prima & generalis observatio ad eorum, quia dicenda sunt, intelligentiam facit: duplum est quodammodo cylcum, alium scriptis & notis expressum; alium  $\phi$  est, & mente sola vel numerandi usu constantem: ut illi infor sit  $\phi$ , iste vero tamquam  $\theta$ . Ac nonnumquam fanè uterque cylcus convenerit; ut in Juliano cylco decennovennali, de quo postea. Hic enim ad Kal. Jan. unitatem apponit, unde numerus I. primus est cum expressione atque scripto, tum ordine numerandi. Sic in Alexandrino Kalendario idem aureus numerus I. utroque modo primus est. Alias vero diversus est. Nam qui cylcum à Kal. Jan. & auro numero III. inchoare voluerit, is numerum quidem exprimit tertium, sicut autem, ac mente primus putabit. Quocirca status illi questionis est, quis sit aureus ille numerus, vel cylcus  $\phi$ , qui  $\theta$  est, & numerandi ordinis primus appelletur. Ut autem quid potissimum queratur omnes intelligent, ambiguitate remota; una & certissima nota videtur, qua primus annus decennovennalis cylci dignoscit quat, embolismorum propagatio. Dixi antea cap. vii. de embolismis, veterum ferè confensu annos istos decennovennalium cylclorum embolimatos esse factos; III, VI, VII, XI, XIV, XVI, & XIX. Qui igitur cylcus, vel aureus numerus ejusmodi erit, à quo continet numerati anni, tertius, sextus, septimus, octavus, & se-

quentes embolimati fuerint, hic cylci decennovennalis primus annus habendus est. Veteres sanè cylcum decennovennalem, ejusque finis annos annos à Paschali mensis, & Martio, five Aprili, inchoare confueverant. Nam alii ab Aprili, & autem numero xix; alii à Martio aureoque numero I. autem cylci spicatae sunt. Dionysius Exiguus methodi totius, ac clavis cylci penè conditor, ab auro numero xix, & Aprili sunt.

Anno decennovennali primo, lunari septimo decimo, à xv. Kal. Maii, usque in Non. Aprili, quia communis annus est, sunt dies cccliv.

Decennovennali II, lunari XVIII, ab VIII. Id. Apr. usque in VIII. Kal. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali III, lunari XIX, à VII. Kal. Apr. usque in Id. Aprili, quia embolimatus est, sunt dies ccclxxiv.

Decennovennali IV, lunari I, à xvi. Kal. Maii, usque in IV. Non. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali V, lunari II, à III. Non. Apr. usque in XI. Kal. Apr. quia communis est, sunt dies ccclv.

Decennovennali VI, lunari III, à II. Kal. Apr. usque in IV. Id. Apr. quia embolimatus est, sunt dies ccclxxiv.

Decennovennali VII, lunari IV, à III. Id. Apr. usque in III. Kal. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali VIII, lunari V, à primo die Cal. Apr. usque in XIV. Cal. Maii, quia embol. est, sunt dies ccclxxxiv.

Decennovennali IX, lunari VII, à XIII. Cal. Maii, usque in VI. Id. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali X, lunari VII, à VI. Id. Apr. usque in VI. Cal. Apr. quia communis est, sunt dies ccclv.

Decennovennali XI, lunari VIII, à V. Cal. Apr. usque in XVII. Cal. Maii, quia embol. est, sunt dies ccclxxiv.

Decennovennali XII, lunari IX, à XVI. Cal. Maii, usque in prid. Non. Apr. quia communis est, sunt dies ccclv.

Decennovennali XIII, lunari X, à Non. Apr. usque in IX. Cal. Apr. quia communis est, sunt dies ccclv.

Decennovennali XIV, lunari XI, à VIII. Cal. Apr. usque in pridie Id. Apr. quia embol. est, sunt dies ccclxxiv.

Decennovennali XV, lunari XII, à ID. Apr. usque in Cal. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali XVI, lunari XIII, à IV. Non. Apr. usque in XII. Cal. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali XVII, lunari XIV, à XI. Cal. Apr. usque in V. Id. Apr. quia embol. est, sunt dies ccclxxiv.

Decennovennali XVIII, lunari XV, à IV. Id. Apr. usque in IV. Cal. Apr. quia communis est, sunt dies cccliv.

Decennovennali XIX, lunari XVI, à III. Cal. Apr. usque in XV. Cal. Maii, quia embol. est, sunt dies ccclxxiv.

In his vides Dionysium à decima quinta Paschali annos inchoare, & ad XIV. Paschalem sequentem producere: tum à cylco xix, ejusque decima quarta ini-

mutum in sequentis computat, velut communem terminum cuius, ut capite viii. de saltu Lunæ dictum est, et ratio traditur à Beda, lib. de Temp. rat. cap. lvi. Idcirco, inquit, lunaris anni computus ab ipso, quo prior explicitus est annus, id incipit, & non à sequente, ut ceterorum: ne propter saltum Luna, quem dicunt, unus eidem anno dies desse videatur. Quoniam ergo Lunæ saltum in annum cycli primum, auro numero xix, prædictum indixit, cumque dierum ccclii. esse justit; ne labes animadverteret, atque ut furtim illi dies eximeretur, euodem Aprilis diem bis numerari voluit. quod commentum est minimè callidum. Itaque ab anno illo, qui auro numero xix. affectus est, embolismus progrederetur. Sum enim isti embolimati, I, V, VI, VII, XI, XIV, XVII, XVI, I, qui sunt anni cylci III, VI, VIII, XI, XIV, XVII, XX. Idipsum & exemplo Dionysius affirmat; quod hoc loco subficiam, prout in membranis legitur. Atque ut hoc, inquit, manifestius posse intelligi, presentis anni monstrosum exemplum. Indictio quippe rv. est, & lunaris circulus undecimus, decennovennalis cylci xiv. & quoniam heneadecim festus annus est, eum embolizatum esse necesse est. A xv. itaque Luna præteriti festi usque ad xiv. presentis, quod sunt dies, diligentius inquiramus, & invenimus proculdubio quando Pascha celebrare debamus. Transacto anno Indictione v., Luna xiv. nono Calendarum Aprilium die; id est xxv. mensis Martii suis se quis dubitet, qui curam rei hujus habere quantulumcumque cogoscat? Et id est ab viii. Calendarum Aprilium die numerandi summanus exordium. Habemus Martii dies vii. Apr. xxx, Maii xxxi, Junii xxx, Juli xxxi, Augusti xxxi, Septembrii xxx, Octob. xxxi, Novemb. xxx, Decemb. xxxi, Jan. xxxi. Febr. xxviii, Martii xxxi. Aprilis xii. dies, quod est prid. Idus Apr. sunt simul ccclxxxiv. \*Hic locus ab interpunkione labor tam in membranis, quam apud Bedam, à quo descriptus est.

Secunda est illorum factio, qui cylcum decennovennalem ab auro numero I, & à Martii xxii. die inchoare maluerunt. In ea sententia Beda ipse videtur. Altera sententia: que ab numero id est ab ipsa, que terminum Paschalem demonstrat ab anno, quo Luna prima est x. Cal. Apr. Tomo I, pag. 167; est autem cylcus I. § Ad hanc cum in codem libro, epactas Lunæ disputans; anno I cylci responderet dicit epactas nulla, id est, o, hoc ipso demonstrat, annum primum cylci esse I. hoc enim currente, epacte sunt o, ut suo loco docebitur. Sed & apertius ibidem ait, pri-pag. 146. mo cylci decennovennalis lunam esse tricesimam in xi. Cal. Apr. quod auro numero I currente contingebat. Quinetiam ex Dionysii Exiguī methodo ac doctrina idem decennovennalis cylci primordium colligitur, atque ex vulgari, quam ab illo Romani traditam accepta, annorum Christi ratione. Etenim Dionysius cylcos instituit decennovennales xxviii, quos in magnam periodum annorum xxxii inclusit. Horum primus annus auro numero I est affectus. ab eo igitur decennovennales incipiunt cylci. Praterea annus ille, qui primus æra nostra antecepit annum, cylci decennovennalis & est, & numerari solet primus. Habet autem is aureum numerum I. Quod si ab auro numero xix. annis I. tum annum primum eum appellat, cui convenienter aures numerus xix. Paulus Forosemprensis lib. vi. Partis i. scribit Dionysium cylcum inchoasse suum, ejusque primum annum à IV. Apr. qui desit in xxii. Mar. tum secundum annum inchoe xxii. Martii, & desiste Mar. xi, adeo ut I. annus ccclii. diebus conformat propter Luna saltum. Addit nonnullis à cylco I. id est Martii xxii. cylcum aufpicari: sed hanc illorum rationem minus in embolismis congruere. Paulus ipse melius efficit; ab initio Thoth inciperi. Idem de cylco xix. testatur & ali Computat, velut Duranus, Sacroboscanus, Petrus Pitatus. Qui duplex argumentum afferit ad eam rem probandum. Alterum embolismorum dispositum: qui in calcem anni conjici debet. Atqui postremi mensis embolimati Neomenia cadit in v. Martii; quemadmodum postremus mensis Paschalis incipit Aprilis v. Alterum epactarum rationem. Nam primus annus cylci habet epactas o. secundus, xi: tertius xxii. In cylco vero decennovennali, annus xix. habet epactas o: cylcus autem primus, epactas xi: cylcus ii, epactas xxii. Est igitur annus xix. primus cylci totius. Ex iis Pitati duobus argumentis, prius ita demum procedet, si embolismos, & aures numeros ad eum modum describam, quo Paulus, ut suprademonstratum est, ordinando censuit; ut faciliter embolimi menses omnes ante Paschalem proxime conferantur. quod quia nullis, ut appetit, in Romanis Kalendariis factum est, & embolimi per varios menses relegati sunt; ideo minus habet momenti ratio-

\* Adnotat hic Petavius: loci hujs ex Dionysio sumti vero annua declarata est Lib. XII. c. 3. in fine, unde ista corrigatur.

† Remota ex Petaviano exemplari, quinque.

§ Adnotat hic Petavius: ita Paschalini in Ep. ad Leonem quæ est ante Epistolam Leonis LXIV. Nam ait Ogdoen cœpisse Coss. Actio & Sigerunto, qui est Christi ccccxxxvii. & annum 444. effice oclavum, adeoque embolizum.

isti, III, vi, VIII, XI, XV, XVII, & XIX, nisi ab aureo numero XIX. cyclum ordiare; quamdiu cetera ab antiquis accepta retinebuntur; maximè ut annus lunaris à Nisan Christianorum incipiāt. Nam si ab Januario euodem exordiri velis, & embolimos menes ad Alexandrinorum imitatione ante Nisan coniicias, tunc aureus numerus I. cyclum ducet, & in eos cycli decennovennalis annos incident embolismi, quos communi uero receptos proxime commemoravimus. Sed in eundem annis ipsis, non vertentibus embolismi competent.

Campanus porrò non obscurè cylcum decennovalem incipit ab aureo numero 1, & à Januario. Quippe capite xxi. Computi cylcum epactarum, de quo postea, à Septembri inchoari docet, quatuor menibus ante cylcum decennovalem, ejusque primum annum habens lunam quintam in Kal. Sept. Hoc accidit aureo numero currente xix. Igitur si primus annus cylcli epactarum ab aureo numero xix. incipit, quatuor menibus ante initium cycli decennovennialis; conseqvens est cylcum decennovalem ab aureo numero 1 in Januario initium facere. Ad hac capite sequentem primum annum cycli dicit epactas habere nullas: tertium vero epactas xxii, & embolium eis, haberet que menem intercalarem, qui incipit in v. Non. Dec. anno tertio cycli epactarum, secundo autem cycli decennovennialis. Embolismus iste mensis init aureo numero 11, Dccmbris secundo. Est igitur ex mente Campani primus cycli decennovennialis annus aureo numero praeditus 1, & à Januario ad Decembrem progressionem faciens. Et quoniam embolimini septem ex progressione epactarum ortum accipiunt; ideo rectum ac naturalem in cyclo epactarum ordinem servant, non autem in decennovinali. Si quidem anni isti cycli epactalis à Septembri inuenitis embolimeti sunt III, VI, VII, VIII, XI, XIV, XVII, XIX, ut suprà capite VII ex Campano docuimus. At in cyclo decennovenniali à Januario progrediente anni isti, II, V, VIII, XI, XIII, XVI, XIX. Ita progressus embolimorum ex Campano sententia non ab aureo numero III, ut quidam interpretati sunt, sed ab ipso primo deducitur. Neque enim animadverteremus duplicum illum cylcum à Campano distinguì: epactarum scilicet, & decennovennalem; quorum ille à Sept. incipit, & currente adhuc aureo numero, qui à Kal. Jan. exorbius est. Ex quo facile disfol-

Ordo annorum cycli.		1		2		3		4		5		6		7		8		9		10		11		12
Cyclus aurei numeri.		3		4		5		6		7		8		9		10		11		12		13		14
Aurei numeri embol.		1				5						8						11				13		

  

Ordo annorum cycli.		13		14		15		16		17		18		19
Cyclus aurei numeri.		15		16		17		18		19		1		2
Aurei numeri embol.				16						19				2

Que &  
omnium  
aptissima  
judicatur.  
Hac est sine dubio omnium aptissima , maximèque  
confentanea ratio ; si aureorum numerorum vetus illa  
in Romano Kalendario dispositio retineatur ; & à Ja-  
nuario series illorum incipiat . A quo enim iustius  
cyclo totius primæ syzygy ducatur initium , quam  
à primo anni die , à quo numerorum ceterorum or-  
do progreditur ? Quamvis enim Iudæi duplex anni  
primordium habuerint ; & civilem à Tisri ; Ecclesiæ-  
sticum à Nisan exorsi sint ; & corundem imitatione  
Christiani dupliciter quoque annum incepérunt : mi-  
nus tamen perplexa res , ac salebrosa videtur , unicum  
ambobus initium praefigi . præfertim cum ab Iudæis , &  
Alexandrinis ipsiis autoribus suis nostri hac in parte  
dissentierint , quod embolismos non ut illi , in Eccle-  
siastici finem anni conjicendo putaverint ; sed in va-  
rias sedes interdicto suo relegarint . Quod et si in ple-  
risque dies & annis non fit , ac temerè . (Nam ex epa-  
strarum progressione diversitas hæc oritur ) tamen mul-  
to fatus est , unum in locum intercalationes omnes  
conferri : maxime cum in duabus , illorum methodus

ut ex superiori Tabella constat. Atqui nemo umquam  
primum embolismum in cyclo decennovenniali dixit  
aureo numero **v.**, secundum aureo **viii.** incidere: sed  
omnes magno consensu embolismum primum aureo nu-  
mero **ii.**, secundum aureo **v.** assignant, itque numeris  
revera illi contingunt; ut ex Beda, Campano, aliis  
que supra declaratum est, quod indicis est aurorum  
numerorum initium non à **iii.**, sed aliunde, Veterum  
quidem instituto, derivari. Ut omittam nonum an-  
num apud eosdem intercalarem minimam fusse, sed octa-  
vum, de quo ante diximus. Verum Claviana illa  
dispositio, si ea infuper, quæ paullo ante subjecimus,  
accident, melior est, quam vetus illa Beda, Campano-  
ni, & aliorum, quæ mire perturbata est, & tricis im-  
pedita. Quæ circa recte, ac non sine ingenti compen-  
di methodi totius Pafchalis, in nova editione Kalen-  
darii utrumque est adhibitum; ut & a Januario cycli  
epactarum progressionem facerent, & embolismi in De-  
cembre omnes confluenter; ut postea demonstrab-  
itur.

Deinde ex iis, quæ capite illo Clavius docet, apparet cylcum decennovennalem aurei numeri, tametis abolutè, & ut Kalendarii nexionibus folitus est, ab i. incipit, & in xix. definit, tamen ut in Kalendario debitur à iii. iniit, & in ii. terminari. Scribit enim Clavius: *Cylcum aurei numeri à nullo alio numero, quam à iii. in veteri Kalendario initium habere.* At verò in Canone i. in Kalendario Gregor. scriptum est: *Cylcus decennovennalis aurei numeri est revolutio numeri xix. annorum ab i. usque ad xix.* Hoc enim posterius verum est, si aeorum numerorum series per se, ac separata spectetur. Ita enim cylcus decennovennialis aurei numeri, & cylcus decennovennialis Paschalis pro uno & eodem accipiuntur, & ab i. incipiunt; eaque ratione in annis Christi numerandis primus annus cylci decennovennialis Paschalis, est primus aurei numeri. Quatenus verò aurei numeri in Kalendario prescribuntur, pro sententiarum varietate posunt vel ab i. incipere, vel xix, vel à iii. ac secundum posteriores duas, cylcus decennovennialis Paschalis à cyclo decennovennali aurei numeri distinguitur. Sed vulgaris Dionysiani cycli & Christianæ putatio magis cum Bedæ, & Campani opinione congruit, qui primum annum cycli decennovennialis primum itidem faciunt aurei in Kalendario numeri; quam cum Dionysii ipsius; qui cum primum annum cycli decennovennialis cum eis voluerit, qui auro numero xix. est affectus, cylcum tamen suum magnum ab auro numero i., non xix, inchoavit: ac secundum ipse nonnulli ea ratione velutatis est.

## C A P U T XI.

*De initio cycli decemnovennalis, & Paschalis ante Nicænam Synodum ab Anatolio constituto. ubi & ejus locus perdifficilis exponitur.*

Cum superioris capitatis argumento ac disputatione  
conjuncta est altera illa de Paschalibus ~~et aduersariis~~  
ad initio; quod ante Concilium Nicenum, & Pas-  
chalibus hodiernis methodi conditum à veteribus Chris-  
tianis exhibitum sit. Cujus quidem mentio cum anti-  
quor exstet nulla, quānq; in Anatoliu fragmento il-  
lo reperitur, quod Eusebius libro vii. Historia, cap.  
xv, vel xxvi, descripsit: de illo ipso nobis agendum  
hoc loco videtur. Nihil enim antiquitatis Christiana-  
monumento isto luculentius in eo generi; nihil quod ab  
omnibus intelligi magis olim interierit. Nam cum in-  
sequentibus deinde temporibus frequenti Christiano-  
num usū contritus Anatoliu locus iste fuerit; plerique  
tamē verum sensum illius ignorant. adeo ut vel Her-  
retici ipsi Quartadecimani ep̄dium auctoritate suum il-  
lud in Nicena Synodo damnatum dogma comprobarent.  
Non ea rep̄tam, que fusifimē super hac re in  
Animadversionibus Epiphanius ad H̄ccl. li. explicata  
fuit; ubi Scotos & Pictos Schismaticos ac Tesselares  
decatrices ostendimus non alio firmamento, quam illo

Altera multò probabilior exisit interpretatio, si ita  
castigemus, ὅτι τοιχεῖαν Φαρεὼ ἔστω, καὶ ἀκά,  
pro ἄλλῃ. Anatoliū enim arbitramur adversum inveteratum  
quorundam errorem illo in libro disputare; qui  
aquinocium in Martii xxv, sive Phamenoth xxxix com-  
mitti putabant, quod in illud tempus à Julio Cesare  
civilis aquinocliū cardo conjectus fuisset. Ob idque  
Paschalem terminum obsignari illo die volebant. Quos  
Anatoliū refellens negat aquinocium in eum diem in-  
cidere; cùm jam quartum diem Sol in signo Arietis  
habeat. Id enim ex eo conseq̄ens est, quod Martii  
xxxi. Sol Arietem ingrediarit. Hæc verissima est, &  
expeditissima ratio, quæ obscuritatem omnem loci hu-  
jus, & caliginem abstergit.

\* Omisso fuerat versio aliquot verborum, quam in ora codicis mensum extreum ac segmentum duodecimum, & postremum dodecimum addiderat Petavini, quae sic habet: quod nomen illud antecedit, etiam omnium ac circuitus Planetarum fore nominant.

## DE DOCTRINA TEMPORUM,

Cap.  
ccxxv.

310

censet Nova Chronologe auctor. Qui verba illa ex Eusebiano Chronicō, quibus cum anno Probi Imperatoris secundo, Antiochenorum, Laodicenorum, aliarumque civitatum tempora comparantur; & anno Christi ccxxxvi. convenire statuit; & hunc ipsum annum cycli Paschalis Anatoliū primū effe defendit. Quod ex superioribus illis ejusdem verbis effici putat, quoniam quidem primi mensis Neomenia xi. Kal. Apr. sive Martii xxii. competere docet. Hoc vero non cyclo Alexandrinō Romanō primo accedit: ut putā anno Christi ccxxxv. Tum enim Novilunium Martii xxii. sub meridiū contigit. Sed undecimo cyclo, qui in annum cadit Christi ccxxxvi. Itaque primus annus cycli Anatoliū, Alexandrinī, vel Romani fuit undecimus. Verum de lunari Neomenia nullo modo Anatoliū verba possunt accipi, quod ex sequentibus manifeste confat. Mox enim ostendit, quem primū intelligat mensē. Eum ergo demonstrat, qui ante præfixum illum cardinem inre non potest, à quo primum dodecæteridem incipit: ni mirū ante xxv. Phamenoth. Hinc enim *τρίτη περίπολη* inchoatur. Ante quod primus mensis in hoari non potest. Si primus mensis, de quo Anatoliū loquitur; ante xxii. Martii non incipit; ergo nec eis Neomenia cardinem hunc anteveret. At Neomenia lunaris primi mensis quatuordecim ante diebus incipere debet, cum ex antiquissimo Christiani Paschalī rite, quem Nicena synodus non primitus instituit, sed iam olim receptum publica & perpetua lege devinxit; Paschalī ea Neomenia sit, primō quā mensi tributar, cujus decima quarta dies in aquinoctiale cardinem incurrat. Quare mensis illius primi Neomenia non est Novilunium; sed Paschalī proculdubio Terminus. Nam ut Noviluniorum, sic & Terminorum Paschalī siquid orbis est. Sanè Dionysius singulos Enneadæcæteridis annos; ut capite superiore vidimus; a decima quinta primi mensis inchoavit. Anatoliū vero à xiv. Primum Enneadæcæteridis annum Neomeniam habere dicit in xxvi. die Phamenoth. Proinde cyclum suum exorsus videtur ab aureo numero xvi., cuius Novilunium politicum hæcenus ad Martii ix. diem applicabatur. eti poitea *τρίτη περίπολη* lunarem ad vii. translatum sit. Unde quartadecima tunc in xxii. Martii cedebat deinceps autem in xxii. Non aliud sensum verba illa patiuntur. *Ἐτι τρίτη περίπολη* *τρίτη περίπολη* *τρίτη περίπολη* *τρίτη περίπολη*. Nam primi mensis in anno primo Neomeniam in xxii. Martii collocat. Hac eti autem decima quarta aurei numeri xvi. Si paullo altera ista conciperentur (quod fortasse auctor ipse fecerat) omnino de mensi primo tropico, five Krone loqui videretur Anatoliū. De quo & Ambrosius scripsit Epistola lxxx. ad Episcopos Amelii. *Incipit autem (inquit) mensis non secundum vulgarem usum; sed secundum conuentudinem peritorum ab aquinotio: qui dies est duodecima Kalendas Aprilis, & finitur undecimo Kalendas Maii. Inde maximè intra hos triginta & unum dies sepe celebrati Pasche dies. Vides ut mensis primum non lunarem, neque Paschalī, sed Tropicum apparet: in quem tamē & Paschales omnes includuntur termini: & Dominicæ plerique Paschales. Sed Anatoliū de primo se Enneadæcæteridis anno loqui significat. Igitur primum mensis a quartadecima Paschalī incipit. Verum priora illa in Anatoliū fragmento mendī mihi suspecta sunt: quorum & abrupta sententia est: & cum prioribus, quae sunt nobis ignota, cohærente debet. Ilud certissimum nobis est: nequam, ut vir doctus existimat: de Neomenia lunari, sive Novilunio primi mensis intelligi ista debere.*

## C A P U T X I I .

*De Kalandario Romano cum cyclo, qui Julii Cæsari dicuntur. De ejus institutione, & origine: tum super eo Scaligeriana conjectura falsitate.*

**T**RITUS est Computistarum usū ac monumentis lunaris quidam cyclos, qui Julio Cæsari inscribuntur; quasi is Romano Kalandario cyclo decennovennalem intexterit. cuiusmodi se apud nobilem quendam vidisse testatur Joannes Steffensius Justingenensis Propos. xxxiv, in Hh, cim Commentariis in cyclo Julii Cæsari, ejusque Kalandarium, ortum, & occasum stellarum:

Anni embo-	Dies Neome-
lizimi.	nia emb.
Anno iiii	Octobris i
Anno vi	Julii ii
Anno ix	Maii i
Anno xi	Decemb. i
Anno xiv	Decemb. xxx
Anno xvii	Julii i
Anno xix	Decemb. iii

Septimus embolimus mensis catus est. Ideo lunaris salutis nullus est in Julio: sed in fine Decembri, in quo duas lunationes catus definuntur. Addit Paulus cyclum hunc a Julio institutum, post ejus mortem in Februario mutat: qui cum xxix. diebus constaret, unus ei detractus est, & in Augustum refutus. Verum Februarium Julii Cæsari tempore, & ex ejus institutione, non plures, quam quod in veteri Romano Kalandario olim habuerat, nempe xxviii. dies continebat.

Quod autem Paulus de hoc cyclo Bedam loqui putat in libro de Temp. ratione, cap. lvi, in quo cyclum lunarem Romanorum exponit, non parum hallucinatur. Tametsi enim Latinorum cyclus ex eo, qui Julianus dicitur, expressus sit, differt nihilominus. Nam Julianus cyclus a numero i, qui ad Kalendas Jan. apponitur, incipit: Latinorum cyclus numero xix., qui ad easdem Kalendas adscribitur. Deinde in Latinorum cyclo annus viii. embolimus est; in Juliano ex Gauricī, & Forosempreniensis descriptione nonus. Item annus primus cycli Latinorum, quia Luna salutis continet, uno die deficit. constar enim ccclii. diebus, ut Beda docet. Julianus autem salutis habet in ultimo anno, qui embolimus est, diem ccclxxxi.

Scaliger in Isagogicis Canonibus, libro III. pag. 172. Scaligeri de Kalandario ita Gauricī (à quo mensis tantum IV. falso tenet) & veteri

## LIBER SEXTUS. C A P . XIII.

311

è veteri marmore descriptos esse nescio cur dicat; cum vi. omnino Gauricus exhibeat;) ita censet: *Fuisse Periodum Dionysi annorum ccxxxii, inuenientem à Kalendas Jan. in qua anno primo Christi, ut ipse purabat, novilunium commissum fuit Kalend. Jan. Conficit autem ex methodo ipsius Dionysi duplēcēm cyclum ab eo instituti, alterum Lunae, alterum Paschalem. Lunaris init à Kalendas Jan. Paschalis à Martio. Et mox: sciant omnes fuisse Periodum annorum ccxxxii. ex epocha Christi Dionysiana. Quid tanta confidentia de Gauricī illo Kalandario docet, id est falsissimum. Nam primus annus Periodi Dionysiana numero aureo prædictus est i, cœpitque non ab anno primo era Christiana, cui aureus numerus congruit i: sed ab anno antecepsit. Preterea manifestus est error; affirmare anno primo Periodi Dionysiana, aut epocha Christi, novilunium Kalandis Januariis esse commissum. Id enim dumtaxat anno tertio cycli, secundo æra Christiana, non contigit, aureo numero iii, ut vel pueri sciunt. Denique duplex ille Dionysi cyclus, lunaris, & Paschalī nihil ad rem facit: nempe quod lunaris à Kalendas Jan. Paschalī à xxii. Martii incipit, quod eo sensu dixisse videtur Scaliger; ut offenderet, quomodo anno primo Periodi Dionysiana novilunium inciderit in Kalend. Jan. cum à Martio cyclus inciperet. At omnem absurditatem superata ista ratiocinatio. Quid enim? Putavit eodem anno novilunium aliquod pro diversis cyclis in diversis itidem mensis, ac dies suffi conjectum? ut exempli causa? aureo numero i. currente, initio Periodi novilunium secundum cyclum lunarem, Kal. Januarii; secundum Paschalem, alio die contingenter. Hoc ne cogitari quidem absurdius aliquid potest. Etenim quemcumque in diem novilunium in cyclo Paschali conferunt; in cumde quoque cadit in cyclo lunari: sed numerus distinctus est; quia tribus unitatis minor est lunaris. Ejusdem nota sequentia illa fuit: *Sed quoniam duplex fit Periodi magna Dionysiana epocha: altera annus, quem putavat primum Christi natu scribit: in altera Kalenda Julianæ habent novilunium populare numero aureo secundo; alterius novilunium Paschale est in xxii. Martii. Ita duplēcēm habet epocham Dionysiana Periodus?* aut non ab illo dumtaxat anno, qui aram Christianam proxime præcedit, non ab illo proficiscitur? Omitto quod in Epiphanius Animadversionibus ostensum est, annum primum Periodi, ex Dionysi mente, & reliquorum deinceps Chronologorum, aliquot ab hinc sacerulis non ipsum constitui, quo incarnatus, & in lucem editus est Christus; sed anteriorē esse: ita ut anno secundo Periodi Natalis Christi conveniat.*

Quis autem ferat; anno illo Periodi, qui aureo numero prædictis est ii, novilunium populare Kalendis dici Januarii accidisse? Sanè eodem illo anno Neomenia Nicena xii. Januarii est affixa. Sed in paucis istis verbis Scaligeri tanta est absurditas, ut vel confutare pīget. Quare dum inter errata typographica quatinus equid tamē perspicuum, atque crastum agnoverit, aut sustulerit errorem, hujus sanē mentionem ibi factam reperimus folio illo, quod primum librum Isagogicorum canonum, & pag. i. antecedit. Illic enim palerim obseruationē a se prætermillam scribit. Itaque locum illum, pag. 172. interpolat, & novam de Kalandario ita Julianō sententiam exponit, que etiūmodi: Kalandarium istud esse, quo tamdiu usū est Ecclesiæ, donec Dionysius Abbas pro cyclo lunari, aureum numerum apposuit Kalandaris: & idipsum videri sibi, quod Anonymus ille Scriptor apud Cupianum in Paschale repræsentavit, in quo ad Confusatū Brutū, & Collatini dies Luna adnotatur cum numero xxix; ad sequentem verò, Publicolæ, & Triçipiti, dies Martis cum nota x; de quo fragmento disputavimus libro viii. cap. ix., de epocha Consilium, ubi Scaligerianam hanc divinationem improbamus. Neque enim epactæ in Paschale notatæ annis cycli Julii Cæsari congruunt.

Quod ad ejus Kalandarii strukturam attinet, eadem est aurorum numerorum in illo propagatio, quam in Romano supra tradidimus. Sed binario minores sunt Juliani numeri; tum ob diversam embolimorum statio-

nem, & fatus lunaris situm, illorum diversa dispositio est. *Ἐπειδὴς* dierum ob lunationes casas eodem modo fit, aureis numeris majoribus post minores *ἀντίστροφα*, prout lunationum plenarum, & cavarum *ἐπάντας* postulat, quo omnia in typo ipso Kalandarii, quem paulo post exhibebimus, oculis subiecta planius constabunt. Sed antequam Kalandarium istud adscribo, de illius usu, & origine sententiam nostram, que paulo ab ipsis Kalandarii editoribus est diversa, placet expōnere. Nam ex ea non nihil in aurorum numerorum collocazione, & embolimorum fede varietatis oritur. Ideo ne bis idem Kalandarium excibere cogamur; ubi quid de eo sentiamus, explicatum fuerit, typum ipsum subiectiuem; in quo certis in locis duplēcēm aurorum numerorum seriem, ex vulgari scilicet sententiā, & nostrā constituenus.

## C A P U T XIII.

*Quis verus ac nativus sit usus Juliani cycli.*

**S**UPRA capite I, de aurorum numerorum in Kai-sleidariis Alexandrinorum, ac Romanorum artificio verba faciū, à cyclo quodam initium duximus, in quo per aquabilem epactarum progressum, in Alexandrinorum anno, qui à xxix. die Augusti incipit, Neomenia totius Enneadæcæteridos collocauntur. Hunc cyclum epactalem propriea Paulus Forosempreniensis appellat: quem quidem velut fōtem, & originem esse diximus methodū totius Paschalis, & aurorum numerorum ad cyclo decennovennalem Paschalem, tam ab Alexandrinis, quam ab Romanis accommodatorum. Quippe naturalem in eo progressionem embolimorum esse mensum; ut tū demum intercalatio fiat, cum epactæ annue cum mensibus justam syzygiā compleverint. Ab hac simplici & aquabili distributione primū Alexandrinū; tum eos imitati Romanū, propter Paschalī mensis, quem primum esse voluerunt, situm, nonnulli recesserunt; & pro sua quique embolimorum collocazione, utrique autem pro lunaris fatus in eundem diem translatione; aureos numeros in Kalandario suo alter ordinantur. Ac Romanis quidem, qui auctore Dionysio Alexandrinos numeros in Kalandarium suum derivarunt, propter diversum anni, ac mensum primordium; non perinde ut Alexandrinis methodus ipsa respondet in Neomeniis ac Luna atatus indagandis; ut suo loco declarabitur. Nam aurorum numerorum institutio ad Alexandrinī anni principium refertur; à quo Romanum discrepat. Ideo in Kalendas ipsas Januarias aureus numerus iiii. cadit: cuius epactæ lunarem atatem non exhibent, ut in Alexandrinō faciunt sexto die mensis Tybi: cuius regulares \* à primo mensē deduci cum ordinariis epactis *τρίτη περίπολη* Luna reddunt. Ideo Romani alio cyclo, & epactis aliis opus habent, ut *μεγάλως* quotam Luna diem in Kalendis mensum eliciant. Quoniam ergo numerorum aurorum *σύγχρονα* peregrinum quoddam, & adventitium pī se fert hoc ipso, quod cum anni Romani principio minime congruit; ideo nova quodam numerorum sūtorum series ac dispositio excoxitata fuit, que ad anni Romani contextum accommodata, naturalem in eo progressum numerorum, ac lunationum & embolimorum ostenderet. Primum id natura ipsa requiri videatur, ut a primo mensē popularis anni, ejusq[ue] prima, quoad fieri potest, die lunaris cyclo progreſſionem faciat. Igitur annus ille delegatur, in quo Neomenia lunaris incidat in Kalendas Januarias; ad eāscū numerus primus apponatur. Rursum epactæ dies sunt ē solari anni superflui, qui absolutis integris syzygiis in fine anni superunt. Quarantur ergo dies illi in calce Decembri; & quot reliqui fient post ultimam anni lunationem in Decembri terminatam, totidem erunt epactæ. Ad hanc naturalis intercalandi ratio, nec ulla arte modifīcata postulat; ut quando epactæ, id est residui de anno antecedente dies cum residuis mensum triginta complent, ibi mensis unus extraordinarius

\* Emendabat Petavius, in ora exemplaris sui: ab ipso mense, Pars I.